



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De Vvirico Conuerso, qui carbones sumere visus est loco sacramenti, cap.  
63.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

**I**N Hemmenrode Conuersus quidam fuerat nomine Wiricus, hic ante conuerionem male vivebat, & in ordine modicum se emendauerat. Die quadam cum iret ad sacram communionem cum ceteris fratribus, in hora illa, qua ei sacerdos corpus Domini porrigebat, alius quidam Conuersus religiosus vidit in os eius mitri non sacramentum, sed carbonem nigerimum. Rationem supradictam, cap. 54. hic assigna de sacerdote de Hadennare. Quosdam Dominus corpus suum sumere non sinit, ut culpam eorum manifestet.

## CAPUT LXIV.

**V**ix duo anni sunt elapsi, quod Conuersus quidam de ordine nostro infirmatus est grauitate in Pictavia domo, quae dicitur Fumoringe: cuius confessionem cum Abbas audiisset, cumque sat diligenter ad emendationem conscientiam monisset, allatum est ei corpus Domini: quod quidem aperto ore suscepit, sed os ad masticandum claudere non potuit. Mirantibus vniuersis, qui aderant, sacerdos sacramentum extrahens, alteri dedit infirmo, quod ille deuotè satis sine omni suscepit impedimento. Non multo post Conuersus idem mortuus est, & causa salutem eius impediens declarata est: nam quinque solidi, non argentei, sed ærei, cum esset abluendus, circa eum inventi sunt, non autem ei licuit habere pecuniam. Et glorificauerunt Deum videntes haec: ad mandatum vero Abbatis in campo sepultus est, & super eum iidem solidi projecti, dicentibus omnibus qui aderant: Pecunia tua, quam clam nobis contra professionem tui possedisti, tecum sit in æternam perditionem. Hac cum idem Abbas recitasset in proximo capitulo generali, subjunxit: Et ut sciatis nullam fuisse infirmitatem in causa, quare corpus Domini sumere non posset, eadem die gallinam integrum vitæ gratia comedit. Estimasti iam satis factum, quod sub specie panis sit verum corpus Christi, & sub specie vini post consecrationem verus sanguis Christi, & quod dignè conficienes as-

que

